

7897.

1369 juni 12.

Montefiascone.

Påven Urban V ger välborna kvinnorna Birgitta, Ulf Gudmarssons änka i Linköpings stift, och hennes dotter Katarina tillstånd att låta fira mässa i gryningen.

Avskrifter: [A] i Vadstena klostets stora kopiebok, hs A 20 (förr A 26), fol. 25r (det första brevet på sidan), Sv. Riksarkivet; [B] – med omfattande transumeringar – i Reg. Auin. 169, fol. 559v, ep. 12 (modellbrevet fol. 559r), Vatikanarkivet.

Förtecknat: Celsus Bullarium (1782), s. 13 nr 14.

Formulär: M. Tangl, Päpstliche Kanzleiordnungen 1200–1500 (1894, nytryck 1959), s. 310, nr CIX.

Se allmänna anmärkningar ovan.

Rubrik i A: Quod beate Birgitte et Katarine, antequam luceat dies circa tamen diurnam lucem, liceat missam coram se facere celebrari.

Vrbanus episcopus seruus seruorum Dei dilectis in *Christo* filiabus nobiles mulieribus Birgitte relicte quondam Vlphonis Gudhmarsson vidue Lyncopensis dyocesis et Katerine eius filie salutem et apostolicam benedictionem. Sincere deuocionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur, vt votis vestris fauorabiliter annuamus, illis presertim, per que, sicut pie desideratis, diuinis officiis existatis intente et spiritualis salutis vobis proueniat^a incrementum. Hinc est, quod nos vestris ^b[*deuotis precibus*]^b inclinati, vt missam, antequam illucescat [*dies*]^c circa tamen diurnam lucem, cum qualitas negociorum ^dpro tempore ingruencium^d id exegerit, liceat vobis et cuilibet vestrum per proprium vel alium sacerdotem ydoneum facere celebrari, ita quod id nec^e vobis nec sacerdoti taliter celebranti ad culpam valeat imputari, deuocioni vestre auctoritate presencium de speciali gracia indulgemus, prouiso, quod parce huiusmodi concessione vtamini, quia, cum in altaris^f officio imoletur dominus noster Dei filius Ihesus *Christus*, qui candor est lucis eterne, congruit hoc non in noctis tenebris fieri sed in luce. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. § Si quis^g autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum apud *Montemflasconem* ij ydus Junij pontificatus nostri anno septimo.

^a prouenit B (modellbrevet). ^{b–b} Så B (modellbrevet) och formuläret, saknas A. ^c Så B (modellbrevet) och formuläret, saknas A (jfr dock rubriken). ^{d–d} Så A och formuläret, saknas B (modellbrevet). ^e Saknas B (modellbrevet). ^f Härefter upprepat och överstruket in B (modellbrevet). ^{g–g} Hopskrivet A.